contrahitur 4. ff. de pignor. & hypoth. dict. §. item ſeruiana 7. uerſic. nam pignoris. Inſtitut. de actionib. Præterea uaſallo interdictum eſt illa feudi alienatione, per quam ipſe feudi redditus ammittit, vnde amplius domino debita ſeruitia, vtpote iam alimentis deſtitutus, præſtare commode non poſſit. cap. 1. de prohib. feud. alienat. per Lothar. circa princip. ibi, ac ita omnibus exhauſtis, &c. d. tit. 52. lib. 2. F. & d. tit. 55. in princip. ibi, vnde debita ſeruitia amittebant. lib. 2. F. Sed per hypothecæ conſtitutionem vaſallus non amittit feudi redditus: cum poſſeſſionem feudi, adeoque huius poſſeſſionis commodum, quod eſt fructuum perceptio retineat. l. Fulcinius 7. §. vltim. ff.
12 quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Igitur † ceſſante diſpoſitionis fine in hypotheca, ceſſabit etiam ipſa diſpoſitio, arg. l. in omni. 13. ff. de adoptionib. l. ex facto, 43. in princ. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patronat. cap. cum ceſſante. 60. ext. de appellationib.

13 Nihil refragatur huic ſententiæ, quod † per hypothecæ donationem peruenitur ad rei venditionem. l. 2. 3. & 4. C. de diſtract. pignor. tit. ff. de diſtract. pign. & hypoth. quæ vaſallo nequaquam permiſſa eſt. dict. tit. 55. in princip. verſ. habito ergo.
14 lib. 2. F. & † prohibita alienatione, id etiam prohibitum intelligitur, ex quo ſequi alienatio poteſt, argum. l. oratio, 16. ff. de ſponſalib. l. ad rem mobilem. 56. & l. ad legatum. 62. ff. de procuratorib. Menoch. conſ. 116 num. 15. & ſeq. Nihil, inquam, illud refragatur. Quoniam procedit in alienatione ſimpliciter prohibita, non itidem in ea prohibita alienatione, qua ipſa rei poſſeſſio in alium transfertur; qualis eſt prohibita feudi alienatio, vt qua vaſallus commodo, fructuve feudi priuatur. De qua feudi alienatione cum feudorum placita tantum loquantur: de alia quauis alienatione minime ſunt accipienda: præ-
15 ſertim, cū † prohibitio alienationis ſit odioſa: proindeque, in quantum fieri poteſt, reſtringenda, argum. Nouell. 108. in præfat. §. nos igitur 2. verſ. nouimus igitur, &c. Tiber. Decian. reſponſ. 78. num. 37. vol. 3. D. Bocerus d. tract. de iure, & commodo ſenior. lib. 2. cap. 6. nu. 182. & ſeq. vbi & alijs obiectionibus occurrit. Videri quoque poterunt, quæ annotauimus in §. creditor. 4. Inſtit. quib. mod. re contrahit. obligat. num. 177. & ſeq.

16 Addenda hoc loco illa controuerſa quæſtio eſt: nunquid, † ſi feudi dominus in oppignorationem conſenſerit, & poſtea, vaſallo ſine liberis mortuo, feudum ad ipſum dominum deuolutum fuerit, illa firma maneat, ſicque dominus ſatisfacere creditoribus teneatur? Et ſatisfacere teneri (vtut reclament Matthæus de Afflict. in cap. 1. qui ſucceſſores teneãtur in vſib. feudor. Cacheran. deciſ. Pedemont. 156. num. 6. & 14. Z. in Epit. feud. par 6. num. 27. & par. 9. num. 8. & 39. Burſatus conſil. 80. nu. 26. & conſ. 171. & alij ab eo citati.) plures rationes
17 euincunt. Tum † quia clariſſimi iuris eſt: quod is, qui conſentit contractui, ſuper re aliqua initio, hoc ipſo cenſeatur renunciare iuri, quod in re iſta habuit. l. ſeruus communis 38. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. apud Celſum. 4. §. quæſitum 12. ff. de doli mal. & met. except. l. 2. C. de remiſſ. pignor.
18 Tum † quia exploratum & hoc eſt, eum, qui ſemel conſenſit, huic conſenſui iure contrauenire non poſſe, ſed eo nomine perpetuo deuinctum eſſe, argum. l. per fundum 11. ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. l. in diem 8. ff. de aqua. & aqu. pluu. arcend. l. de acceſſionibus 14. §. fin. ff. de diuerſ. & temporal. præſcript. l. 1. §. prodeſt. 14. verſ. vnde ſi quis, ff. quod legator. cap. quod
19 ſemel. 21. de regul. iur. in 6. Tum † etiam quia magis in ſpecie de domino feudi traditum eſt: quod ea, quæ ipſius conſenſu in feudo geſta, ſiue alienata ſunt, rata habere teneatur, non ſolum tum, quando feudum adhuc a vaſallo poſſideretur, ſed vel maxime etiam, quando vaſallo defuncto, feudum ſibi apertum fuerit cap. 1. §. etſi clientulus verſ. ſi vero de alienat. feud. lib. 1. tit. 13. feudor. Et licet feudum per oppignorationem non plane alienetur, ſicuti per venditionem: tamen eadem ratio in oppignoratione, quæ in venditione, imò maior eſſe videtur. Nam ſi alienatio ſtabilis ac firma permanet in præiudicium domini conſentientis: multo magis firma debet manere oppi-
20 gnoratio, quæ minus præiudicij domino adfert. Tum † poſtremo quia idem ſuadet ipſa natura negotij. Siquidem oppignoratione conſtituitur ius reale, quod cum re ipſa tranſit, ad quemcunque ea peruenerit. l. ſi fundus 16. §. in vindicatione, ff. de pignor. & hypot. Dominus itaque conſentiendo oppignorationi, cenſetur ſe ad naturam illius rei conformare, & tale ius in feudo conſtituere voluiſſe, quod feudum ſemper comitetur,
21 tametſi iſtud ad ipſum dominū reuerſum fuerit. Sicut † enim pleraque alia, ita etiam cōſenſus domini ſecundum ſubiectam materiam, & naturam actus, ſiue contractus, ſuper quo adhibetur, id eſt, pignoris, adeoque ſecundum diſpoſitionem iuris eſt accipiendus, argum. l. inſulam, 6. ff. de præſcript. verb. l. ſi ſtipulatus, 4. in princip. verſ. verum ſi emptor, ff. de vſur. l. damni, 43. in princip. verſ. & quod in ſtipulatione, ff. de damn. infect. l. ſi cui, 9. ff. de ſeruitutib. & l. quanquam, 62. ff. de rit. nupt. ita nimirum, vt maneat pignus, donec debita pecunia creditoribus offeratur, ſoluaturque ijs modis, quibus iure conſtitutum eſt, tot. tit. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit. Atque ita, poſt Andream de Iſern. à ſe laudatum, ſentiunt, & docent Marinus Freccia lib. 2. de auctorit. & poteſt. regis erga ſubfeudatarium, auctorit. 29. num. 8. verſ. fallit etiam hæc regula, &c. Hartman. Piſtor. lib. 2. part. poſter. quæſt. 48. num. 14. cum ſeqq. Fachin. lib. 7. controuerſ. iur. cap. 56. Vult. lib. 1. de feud. cap. 10 num. 70. Rudinger. lib 1. var. lection. iur. feud. cap. 69. num. 2. cum ſeqq. & Hackelman. diſput. illuſt. quæſt. 12. coronid. 2.

22 Non obſtat huic concluſioni, quod † regulariter omnis promiſſio, & conuentio intelligitur, rebus ſic ſtantibus, ſiue in eodem ſtatu permanentibus, l. quæro, 54. §. inter locatorem, ff. locati, l. quod Seruius, 8. ibique gloſſ. ſuper verb. poteſt, ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. l. continuus, 137. §. cum quis, 6. ff. de verb. oblig. l. ex facto, 43. in princip. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. cum quis, 38. in princ. ff. de ſolutionib. late Tiraquel. ad l. vnquam, 8 C. de reuocand. donat. in præfatione numer. 167. Ideoque conſenſus domini, ſuper oppignoratione interpoſitus, locum habere, & præiudicare domino creditur, rebus ſic ſtantibus, id eſt, donec vaſallus, qui oppignorauit feudum, vixerit, ſiue ſucceſſores eius feudum obtinuerint, non autem, ſi feudum ad ipſum dominum reuertatur. Hoc, inquam, non obſtat. Quamuis enim prædictis in legibus promiſſio facta, propter certas quaſdam, & iuſtas cauſas intelligatur, rebus ſic ſtantibus: non tamen inde ſumi poteſt generale quoddam, ac veluti abſolutum axioma: quamlibet conuentionem, & diſpoſitionem accipiendam fore, rebus ſic ſtantibus: ita vt quælibet varietas, & mutatio poſtea contingens ius immutet, ipſamque
23 promiſſionem, ac conuentionem infringat. Idque † ſatis relucet ex d. cap. 1. §. etſi clientulus. de alienat. feud. lib. 1. tit. 13. F. vbi habetur caſus alienationis feudi, cū voluntate, ſiue conſenſu domini à vaſallo factæ. Vaſallus moritus ſine deſcendentibus maſculis, & quæritur: nunquid facta alienatio reuocetur, an vero ſubſiſtat? Si ſpectetur illud generale pronunciatum: quælibet promiſſo, & obligatio intelligitur, rebus ſic ſtantibus: dicendum erit, feudum ad dominum reuerti, alienationem reſcindi, conſenſumque non obſtare: ſiquidem res non amplius ſit in eodem ſtatu. At contrarium deciditur in d. §. etſi clientulus, nimirum ſtabilem permanere alienationem. Hu-
24 iuſque ratio eſt: quia † ſecundum ipſam naturam actus, & intentionem contrahentium, & rei æquitatem iudicandum eſt, non ſecundum generales quaſdam regulas. Omnis quippe definitio, ſiue regula periculoſa eſt. l. omnis definitio. 202. ibique Accurſ. & Philipp. Matthæus num. 2. & ſeq. ff. de reg. iur.

25 Similiter nō obſtat, quod † conſenſus præiudicare iuri proprio ipſius conſentientis non ſoleat, quoties interponitur, & adhibetur pro auctoritate rei geſtæ, vt valeat, l. Caius 34. vbi Paulus de Caſtro, ff. de pignorat. action. l. cum quædam 26. C. de adminiſtrat. tutor. vel curator. ac propterea nec in præſenti themate cōſenſu domini obſit, aut præiudicet ipſi in iure proprio; atque adeo non impediat, quo minus vaſallo, ſine maſculis defuncto, feudum libere ad illum reuertatur. Nam reſpondetur: conſenſum non obeſſe, aut præiudicare domino circa ius directi dominij, quod habet, & habuit tempore alienationis feudi, neque circa conſolidationem vtilis dominij cum directo, modo pignus firmum maneat. Etenim ſi firma non conſiſteret feudi obligatio à vaſallo facta, domino conſentiente, id creditori præiudiciū adferret, & naturæ rei geſtæ repugnaret.
26 Ea † ſiquidem natura contractus pignoris eſt, vt maneat ius firmum creditoris, donec pecunia ei perſoluta fuerit. Plura argumenta, quæ noſtræ opponi ſolent ſententiæ, ſufficienter refutant Fachineus d. lib. 7. controuerſ. iur. cap. 56. & Hartman.

Piſtoris d. quæſt. 48. num. 25. & multis ſeqq. Pleraque etiam diluimus ad dict. §. creditor. 4. Inſtitut. quib. mod. re contrahit. obligat. num. 191. & ſubſeqq.

27 Addendum porro, & illud eſt hoc loco: quod † conſenſus à domino feudi oppignorationi à vaſallo factæ præſtitus ad vſuras quoque, ſiue ad id, quod intereſt, merito extendatur, arg. l. quæro 54. in princ. ff. locat. vbi fide-
28 iuſſor, † cuius obligatio ſtricte accipienda eſt, in omnē causā conductionis obligatus, tardius illatarum per moram coloni penſionū vſuras pręſtare cogitur. Sicut igitur obligatio fideiuſſoris ad vſuras extenditur; ita & conſenſus domini; quoniam dum dominus in oppignorationem feudi conſentit, in omnem cauſam conſentire dicitur. Nec reſiſtit quicquam, qnod ab aduerſarijs (nempe Matthæo de Afflict. in cap. imperialē. in 12. notab. q. 8. nu. 23. de prohib. feud. alienat. per Frider. & Marino Freccia lib. 2. de auctor. & poteſt. Baronis erga ſubfeudatarium. quæſt. 20. horumque aſſeclis negatur: dominū conſentire in omnem cauſam, dum conſentit oppignorationi feudi. Id enim concedi poterit, ſi adiecta certæ quantitatis taxatione conſentiat; puta conſentio, vt feudum oppignoretur à vaſallo pro quantitate centum duntaxat aureorum. Ceterum ſi conſentiat ſimpliciter, nec ad certam pecuniæ ſummam conſenſus reſtringatur, aliter erit reſpondendum, & dicendum, quod hoc caſu conſenſus non ad ſortem tantum pecuniæ debitæ, ſed & ad vſuras pertineat. d. l.
29 quæro 54. in princ. ff. locat. Neque recte replicatur, † non porrigi conſenſum ad vſuras, quę ex mora debitoris vaſalli veniūt: cum huius culpa domino nocere non debeat. Mora namque debitoris vaſalli non nocet domino per ſe, & principaliter, ſed in conſequentiam contractus pignoris, cui dominus ipſe cōſenſit. Vſuræ ſiquidem veniunt tacite, & in conſequentiam cōtractus bonæ fidei poſt moram, ex officio iudicis l. Lucius Titius 24. ff. depoſit. dict. l. quæro 54. in principio, ff. locati. Quare
30 dominus † conſentiens pignori, qui contractus bonæ fidei eſt, §. actionū autem 28. Inſtitut. de actionib. videtur conſentire in omnem cauſam, quæ ex eo contractu naſci potuit, argum. l. ſi quis pro eo. 59. §. ſi nummos, ff. de fideiuſſorib. Atque ita hanc ſententiam, poſt Ioachimum Camerarium in d. cap. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Frideric. & Hartmanum Piſtoris lib. 2. part. poſter. quæſt. 49. defendit Fachineus d. libro 7. controuerſiar. iur. cap. 57. *Harprec.*

c *Text.* [c] *eſt clarus in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Frider. Et licet alias licita eſſet pignoratio feudi vſque ad dimidiam, vt habetur in cap. 1. in princ. de alien. feud. pater. hodie tamen indiſtincte, & in totum eſt prohibita: & in hac ſententia reſident communiter Doctor. vt dicit Aluarott. in d. cap. 1. in princip. numer. 2. de alien. feud. pater. Intellige tamen, quod propter ſimplicem pignorationem, ſeu hypothecam feudi non incidit vaſallus in caducitatem, niſi etiam procedat ad traditionem, vt etiam dictum eſt in alienatione, ſupra quæſt. 32. verſ. Sed nunquid.*

c *Textus eſt clarus, &c.*] Pro hac opin. adde Aug. Bero deciſ. 94. num. 11. Caſſan. in conſuet. Burgun. tit. des fredes, reg. 3. §. 8. num. 11. Soc. conſ. 19. num. 12. vol. 2. vbi omnes dicunt hanc eſſe communem. Fallit tamen, quando feudum pignoraretur pro ſeruitio militari, vt per Ioan. Tigr. ſing. 50. num. 3. vbi alleg. Bald. in l. 2. col. 1. C. comm. de leg. *Conean.*

QVÆSTIO XXXVI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Feudum an poſſit dari in dotem ſine conſenſu domini.*

Ex Additionibus.

1 *An vaſallus feudum ſuum in dotem dare filiæ poſſit.*
2 *In dotem datio quædam alienatio cenſetur.*
3 *Feudum nullo pacto alienari poteſt.*
4 *An, & quatenus mulier feudum viro ſuo in dotem dare queat* (remiſſ.
5 *De fructibus feudi pater filiæ ſuæ dotem conſtituere poteſt.*
6 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet.*

QVÆST. XXXVI.

1 a *QVæro, nunquid feudum poſſit dari in dotē,* [a] *ſine conſenſu domini? Reſp. Hæc quæſtio poteſt dupliciter contingere. Primo, quando vaſallus habens filiam vult ipſi filiæ, vel potius genero, dare in dotem ipſum feudum. Et de hoc eſt tex. expreſſus in cap. 1. §. donare. quali. olim. feud. alien. poter.*
b *quod* [b] *non poteſt illud dare in dotem; & hæc eſt cōmunis Doctorū ſentētia, vt dicit Zaſ. de feud. in 9. part. nu. 40. quem refert Io. Iacob. de Leon. inter cōſilia feudal. Bruni conſil. 114. nu. 86. Si. n. non eſt permiſſum vaſallo alienare feudū propter propriā neceſſitatem, etiam famis, vt dixi ſupra quæſt. 31. verſ. pone vaſallus. multo minus debet ei licere illud in aliū transferre pro filia ſua dotanda. Secundo modo poteſt con-*
c *tingere, ſi ipſamet* [c] *mulier, quæ eſt vtilis domina feudi, velit ſe ipſam de feudo dotare, & de hoc pariter videtur text. in cap. 1. de inueſtit. quam Titius accepit, &c. quod poſſit ſeipſam dotare de feudo. Et hæc eſt communis concluſio, modo duo concurrant. Primo, quod det feudum in dotem inæſtimatam: ſecundo, quod non apponat pactum de lucrando. Et ita eſſe commnnem concluſionem atteſtatur Curt. iun. de feud. in quarta parte principali, in 1. regul. quæſt. 4. Re vera, vbi*

ADDITIONES.

a *Dari in dotem.*] Imò ſecundum Innoc. in cap. nuper. de donat. inter vir. & vxor. & Doct. in cap. ex parte, quos retulit Anguiſ. in conſ. 46. in fine. ſpeciale eſt in dote, vt feudum dari poſſit in dotem. Aduerte, quia forte hallucinatur Anguiſ. quoniam in libro meo non reperitur iſtud dictum ſuum; de feudo tamen obligato pro dotis reſtitutione ſaluo Regio aſſenſu, vide Afflict. dec. 3. & per Cęſ. Orſil. ad eum. *Giach.*

b *Quod non poteſt illud dare in dotem.*] Vaſallū
1 feudum † ſuum filiæ in dotē dare nō poſſe, aperte recteq; deciſum extat titul. 4 §. donare. lib. 2. F.
2 Siquidem † in dotem datio quædam venditio, ſiue alienatio cenſetur. l. ſicut 8. §. ſed ſi permiſerit. 13. verſ. quod ſi in dotē dederit. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit. l. lege Fauia 4. ff. de leg. Fab. de plagiar. l. non ſolum 22. §. ſi eum. ff. de liberal. cauſ. & quidem eiuſmodi eſt alienatio, qua rei poſſeſſio, & dominium ad alium, puta maritum, transfertur, initio tit. Inſtit. quib. alien. licet, vel non l. quamuis 75. in princip. ff. de iure dot. l. prædium 23. C. eod. l. doce ancillam. 9. C. de rei
3 vindicat. Iam † vero conſtat, feudum nullo pacto per vaſallos alienari poſſe, nec in totum, nec in partes, quocunque titulo: & eos, qui contra faciunt, feuda amittere. cap. 1. de prohibit. feud. alien. per Lothar. & per Frid. Iacobin. de S. Georg. in ſua inueſtit. verb. ita etiam quod ipſi vaſalli. nu. 17. Ioā. Blāc. in Epit. iur. feud. lib. 2. c. 1. num. 95. Sonsbecc. in Comment. in vſus feud. part. 12. num. 79. Fachin. lib. 7. controuerſ iur. cap. 77. D. Bocer. in tract. de iure, & commodo ſenior. lib. 2. cap 6. num. 190. & ſeq. Ruding. lib. 1. variar. lect. iur. feud. cap 60. nu. 4. & ſeq. Roſenthal. in tract. feud. cap. 9. mēbr. 1. concluſ. 8. Mynſing. cent. 4. obſer. 86. vbi hanc ſententiā, tanquā veriorē, in Camera obtinuiſſe, atteſtatur. *Harprec.*

c *Si ipſamet mulier, quæ eſt vtilis domina feudi, velit ſe ipſam de fendo do-*
4 *tare.*] An † & quatenus mulier, nouum, vel paternum feudum habens, illud viro ſuo in dotem dare poſſit, poſt Clarum hic noſtrum, abunde ex-

plicant Mynſing.d.obſer.86,nu.4.Obrecht.de feud.c.3. n.134. Ruding.d.lib.1.c.60.nu.9. & ſeq. Roſenthal. d.c.9.concluſ.9. nu.6.& ſeq.D.Bocer.d.lib.2.c. 6.nu. 192.& aliquot ſeqq.vbi rationem diuerſitatis, cur femina dare feudũ in dotẽ poſſit, pater vero pro filia nõ poſſit, multiplicẽ tra-
5 dit. Sane†de fructib. feudi nihil prohibet patrem filiæ dotem conſtituere: ſicq; pro ſua perſona ſeſe ad huiuſmodi fructus præſtandos obligare. Neque enim hæc eſt alienatio feudi: quoniam nullũ ius reale in generũ transfertur, ſed perſonale ius, quod ſocer habet, fructus percipiendi ex feudo, donec vixerit: cuius morte ius percipiendi fructus
6 expirat:cũ†nemo plus iuris in alium trãsferre poſſit, quã ipſe habet.l.nemo plus iuris 54.ff.de reg.iur.cap.nemo poteſt 79.de reg.iur.in 6.l.ſi vſusfructus 66.in fin.de iur.dot. Duaren.de feud.c.12.nu.9.Scahrder.in tract.feud.par.8.c.1.n.38.Mozz. in tit. ex quib. cauſ. feud. amit.nu.133. Vult.li.1.de feud.c.10.nu.57.Mynſinger.d.cent.4.obſeru.86. nu.5.Gail.lib.1.obſeruat. 117.& lib.2.de pact.publ. cap.17.nu.18.Roſenth. d.c.9.concl.9.num.1.vbi hanc in ſententiam plures citat. *Harprec.*

d *Domini conſenſum.*] Ad idem, quod vaſallus haud poſſit filiæ ſuæ dare in dotem feudũ ſine conſenſu domini, commun. vide per Duen.ſub.reg. 40.in verſic.8.limitat.& dixi etiã in collecta mea commnun.opin.verbo, vaſallus, numer.39. *Giach.*

etiam hæc duo cõcurrerent in donatione filiæ facienda per patrem,difficile eſſet allegare concludentem rationem diuerſitatis: tamen in practica ſequenda eßet commu.opi. Pro qua forte poſſet dici in hoc differre patrem a filia, quia filia dans in dotem nõ uidetur alienare feudum,ſed tantum commoditates ipſius feudi, quarũ alienatio eſt vaſallo permiſſa, vt dixi ſupra,quæſt.31.verſ. Succeſſiue. quibus tamen etiã ipſa fruitur,ex quo deſeruiunt oneribus matrimonij. Preterea licet proprie poſſeſſio rei dotalis dicatur eſſe apud maritum; tamen etiam mulier dicitur quodammodo poſſidere fundum dotalem:ſecus autem eſt in patre. Sed quidquid ſit, tutius eſſet in utroque caſu re-
d *quirere domini* [d] *conſenſum; prout fieri debere conſuluit Aluarot. in dicto §. donare. quem refert Curt. iun. in loco præallegato.*

QVAESTIO XXXVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus an poſſit ſine conſenſu domini conſtituere ſeruitutem in re feudali.*
2 *Et an poſſit conſtituere vſumfructum.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vaſallus prædio feudali ſeruitutem realem imponere poſſit.*
2 *Et an valeat alteri concedere vſumfructum.*

ADDITIONES.

a
1 N*Vnquid poſſit vaſallus ſine conſenſu domini conſtituere in re feudali ſeruitutem.*] Vaſallum†prædio feudali ſeruitutem realem,in ſui præiudicium,nõ item,domini aut agnatorum,imponere poſſe;& extincto feudo,hanc quoque ſeruitutem concidere, clare diſpoſitum eſt in tit.8.§. rei autem. verſic. quid ergo.lib.2.F. Idque, vltra Clarum noſtrum,latius declarant Andr. de Iſern.Beluiſ. Bald. Aluar. Petr. Rau. Præpoſit. Afflict. & ceteri in d. verſic. quid ergo, &c. Ferrarieſ. in form.libelli,de feudi renocat.verb. nec ſuperſtitibus numer.17. Hartmann. Hart. de feud. obſeru.29. Petr. Duen.in reg.iur.40. limit.10.Borcholt.in Cõmentar. in conſuet. feud. c.8.nu.59 & 62.Bocer.in tract.de iur.& commodo ſenioris,&c.li.2.c.6.num. 107 cum ſeq. Vult. lib.1. de feud.c.10.n.40.Schar. in tract.feud.par.8.c.2.n. 49.& ſeq. Ruding. lib.1. var.lec.iur.feu.c.21 alijq; plures,quos refert.& ſeq. Henric. à Roſenthal. in tract.feudal.c.9.membr. 1.concluſ.11.nu.1 & ſeq. Et de eo non nihil etiam annotauimus ad §.ideo 3. Inſtit. de ſeruit. prædior. nu.27.& 28. *Harprec.*

b *Aliud onus imponere.*] Item quod vaſallus haud poſſit ſine conſenſu domini in rebus feudalib, conſtituere vſumfructum, vel ſimile onus imponere, aut ſeruitutem aliquam addere in præiudicium eorum,qui ſuccedere debent in feudo, commun.vide per Card.Pariſ.in conſ.99.num.4.vol.2.& in d. collect.mea num.47. *Giach.*

c *Sed nunquid poterit vaſallus ſine domini conſenſu cõſtituere alteri vſumfructum.*]
2 Quod†vaſallus inſcio,& non conſentiente domino, circa periculum amiſſionis feudi,vſumfructum alteri in re feudali concedere nequeat,præter Clarum noſtrum, tenet,probantq; Iacob.de S.Georg. in ſua inueſtit. verb. ita etiam, quod ipſi vaſalli.n. 13.Iſern. Aluar. Camera. Balzeran. & alij in c.Imperialem.de prohib. feud. aliena.per Frider. Bocer. d.lib.2. c.6.nu. 109.cum ſeqq. Moz.de amiſ. feud. num.132. Vult.d.lib.1.de feud.c.10.n.41.Sonsbecc. in Commen.in.vſus feud. par.11.num.103. Schneidevvin. in Epitom. feud. par.7.nu.11.Ruding.d.li. 1.c.46.n.5.cum ſeqq.Roſental.d.c.9.membr.1.concluſ.10 num 1. vbi plures citat.Tametſi alij non improbabilite contrarium tueri conẽtur,Rol.à Valle conſil.59.vol.2. Pinel. ad l.1.par.3.nu.71.C.de bon. mater Borcholt.prædicto c.8.n.64.& ſeq.Eadem de re videatur, quæ docuimus ad §.1. Inſtit. de vſufructu.numer.8 cum ſeq. & quæ tradidit Andr. Fachin. lib.7. controuerſ.iur.c.79. *Harprec.*

QVÆST. XXXVII.

1
a Q*Væro, nunquid* [a] *poſſit vaſallus ſine conſenſu domini conſtituere in re feudali ſeruitutem, vel aliquod*
b *aliud onus* [b] *imponere? Reſp. aut loquimur quantum ad prę iudicium ipſius conſtituentis,& res non habet difficultatẽ. Poteſt enim proculdubio vaſallus ad ſui præiudicium conſtituere ſeruitutem realem in re feudali, ſine conſenſu domini, vt eſt tex. expreſſus in c.1.§. quid ergo.de inueſt. in re aliena facta. Et cõis concluſio, vt atteſtatur Curt. iun. de feud. in 4.par.in vlt.cauſa amiſſ.feudi, q.14.& ſeq. Quo vero ad præiudicium domini, non poteſt vaſallus ſeruitutem, vel aliquod onus feudo imponere: & ideo eueniẽte caſu,quo feudum domino aperiatur,extinguitur omne onus illi impoſitũ per vaſallũ. Idem ẽt dicendũ eſt, quantũ ad præiudicium agnatorũ, qui ſucceſſuri ſunt in feudo. Non.n. poteſt vaſallus aliquam ſeruitutem, vel onus conſtituere ſuper feudo. in præiudicium eorum,qui ſuccederedebent in feudo ex pronidentia primi acquirentis,et ad hoc per Doct.allegatur gl. quã tamen ego in lib.meo non reperio,in c.1.verb. Alienationes,d.c.Conrad.& illã gl.dicit eſſe cõter approbatã Alex. conſ.18.poſt nu.5.lib.5.quem refert Picus in repet.§. Titia. poſt n.99.Pariſ.conſ.88.n.4. li.2.Et hanc opi.dicit eße magis cõem Berous q.95.nu.1.*

2
c *Sed nunquid poterit vaſallus,ſine domini conſenſu cõſtituere alteri vſumfructũ in re feudali? Reſp.quod non.Et ad hoc pariter allegatur illa glo. quam ego nõ inuenio,vt ſupra dixi. Et iſta eſt communis concluſio,vt atteſtatur Curt.iun. in d.4.p. q.15. Eſt.n. vſufructus pars dominij,merito cum vaſallus prohibitus ſit alienare vtile dominium,neque etiã poſſe dẽt alienare eius partẽ.*

QVAESTIO XXXVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus an poſſit ſine conſenſu domini in feudo tranſigere.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vaſallus ſuper feudo tranſigere queat remiſſiuè.*

ADDITIONES.

a
1 A*N vaſallus poſſit ſine domini conſenſu de feudo tranſigere.*] An, & quatenus vaſallus ſuper feudo tranſigere poſſit ſine licentia domini, præter Clarum noſtrũ, & alios accuratè explicant Borcholt in comment.in conſuet.feud. cap.8. nu. 44. Dn.Colleg. Bocer.in tractatu de iur. & commodo ſenioris, ſiue domini: itemq; vaſalli, &c. lib.2. c.6.n.219. cũ multis ſeq. Rudinger. lib.1. variarũ lection.iur.feudal.c.8 Schrader.in tract.feud.par.8.cap.1.num. 43.& ſeq.Roſenthal.in tract.feud.c.9.membr.1. concl.21.alijque non pauci per eum allegati. *Harpr.*

b *Tranſigere.*] Adde, vt per Cæph.conſil.133.nu.50.item poteſt tranſigere abſque conſenſu domini de feudo, ſi modo id ſincere agat, & bona fide proceſſit, conſil.3. num.117.Vt autem poſſit ad præiudicium ſucceſſorum trãſigere, oportet rem eſſe liquidam, vel de facili poſſe liquidari: alioquin diceretur donatio: vide per eundem conſil. 155.nn.35. *Giach.*

Tranſigere.] Text.in c.1.de controu.inter vaſ. & aliũ,videtur dicere,ꝙ quoad ius feudi poteſt vaſallus cũ litigante tranſigere,& prę iudicat domino, vt teneatur obtinentẽm ex cauſa trãſaction. habere in vaſallũ. Et idẽ dicendũ in cõpromiſſo, de quo in q.ſeq.cũ cõpromiſſum ſit trãſactio. Et ſic videtur ibi eſſe deciſũ id,de quo dubitauit Spec.in tit.de arb.põt.uerſ.ſed nunquid uaſ.ſcilicet, ꝙ uaſallus etiam ſine conſenſu ſuperioris poteſt de feudo compromittere. Gom

QVÆST. XXXVIII.

1
a
b Q*Væro, an* [a] *vaſallus poſſit ſine Domini conſenſu, de feudo* [b] *tranſigere? Reſpon. quod aut vaſallus tranſigendo trãsfert feudũ in alium,& hoc facere nõ poteſt ſine licentia domini: aut retinet feudũ penes ſe, & tunc poteſt tranſigere. Ita diſtinguit Bal. in c. 1. num.16. de controu. inter vaſal.& aliũ. & in hanc ſententiam inclinat communis mens Doctor. vt ait Curt.iun. de feud.in 4.parte, in vltima cauſa amiſſ.feud. q.7. Hanc etiam opinionem dicit eſſe magis communem Pariſ.cõſ. 1.nn.134.lib.1.Donec enim vaſallus retinet feudum penes ſe, non dicitur inferre domino aliquod præiudicio.*

QVAESTIO XXXIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſſallus an poſſit facere compromiſſum de re feudali ſine conſenſu domini.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus vaſſallus in arbitrum, vel arbitratorem cõpromittere poſſit, remiſſiuè.*

ADDITIONES.

a D*E re feudali.*]Hiccadit pulcherrima dubitatio, Si cauſa feudalis non eſt compromittenda an cauſa fructuũ ſit cõpromittenda? quod ſic,facit deciſ.Afflict.42.Item an uaſallus poſſit cõpromittere de re feudali in alium quam dominũ? uide per Alex.remiſſiuè in l.1.§.& poſt operis, ff.de oper.no.nunc. *Giach.*

Nunquid poſſit Vaſallus de re feudali facere cõ
1 *promiſſũ.*]An,†& quatenus uaſallus ſine conſenſu domini in arbitrum, uel arbitratorem cõpromittere poſſit,pręter Clarũ noſtrũ, exponunt ſufficienter Andr. de Iſern. Aluarott. Præpoſit. Afflict. Rauennas, Frider. Schench. & Balzaran. in c.1.iu princip. uerſ.ſi autẽ inter pares de l.Corradi.tit.34.lib.2.F. Ant.Capyc. de inueſtitur. feudal. c. feudor. compromiſſa. col. 2. §. an autem arbitratorem, &c. Z. in epit. feud. part.9. nu.26. Borcholt.in Commentar. in conſuetud. feu.cap.8. num.45. Petr. Duenyas in reg. iur. 36. limitat. 4. Hanneton.de feud. libro 3.c.6.Mozz. in tit.ex quibus cau. feud. amitt. nu. 140.Thom.Marin. tit.2. de feudo ex pacto,& prouid.antiq. nu 26. Roſenthal. in tract. feu. mẽbr. 1.concl.22.& nouiſſimè in tract. feud. c. 12. pag. 343. *Harprec.*

QVÆST. XXXIX.

1
a S*Vcceſſiue quæro,nũquid poſſit vaſallus de re* [a] *feudali facere conpromiſſũ ſine domini conſenſu? Reſp. reſpectu compromiſſi faciendi in arbritratorẽ omnes conueniunt, ꝙ vaſallus id facere non poſſit. Procedit.n. arbitrator nullo iuris ordine ſeruato, merito non debet vaſallus, cui interdicta eſt omnis feudi alienatio, poſſe facere actum, ex quo reſultare poſſet alienatio. Hæc aũt ratio non videtur militare in arbitro, qui tenetur ſequi iura. Et ideò multi tenuerũt, ꝙ in arbitros poſſit vaſallus de feudo cõpromiſſum facere, ꝙ etiam expreſſe concedere videtur tex. in c.1.§. ſi inter. de lege Conrad. Et licet per diſpoſitionẽ c. Imperialem. de probib. feud. alien.per Frid. videatur proibita omnis alienatio feudi: tamen ex quo in ſpecie non ſit in eo textu mẽtio de cõpromißo, non videbatur dicẽdum, ꝙ text. in d.§. ſi inter,cum ſim.eſſet correctus.Et ita ꝙ per d. c. Imperialẽ. non ſint correcta in hoc iura antiqua, dicit videri cõem mentẽ Feudiſtarum Curt. iun. de feud. in 4. parte,in materia alienationis feudi, q. 8. ſubdens, ꝙ ita ſentiunt cõmuniter Scribentes in materia iuriſdictionis feudalis. Dicit tamen Curt. ibi in fi. quod hęc deciſio eſt multum dubia, & periculoſa, & bene dicit, quia re vera contraria opin. quod ſcilicet vaſallus non poſſit etiam in arbitros facere compromiſſum de re feudali, eſt iudicio meo tutior,& etiam magis communis, prout atteſtatur Soc.iun. conſil.77.num.76. & ſeq.libro primo.Pro qua facit, quia regulariter,de qua re nõ poteſt quis libere diſponere, neque etiam poteſt de ea facere compromiſſum. Poſſet tamen,& forte non impertinenter ad hanc quæſtionem accommodari diſtinctio,facta in præcedẽti quæſtione: vt ſcilicet poſſit vaſallus de feudo compromiſſum facere modo ex tali cõpromiſſo, vel arbritramẽto ſuperinde ferendo non poſſit ſequi, quod feudum in alium transferatur, vt dictum eſt de tranſactione, cui etiam per communes iuris regulas aquiparatur compromiſſum, ſiue arbritramentum.*